... magna tamquam tube dicentis. Quod uides scribe in libro
et mitte septem ecclesiis ephesum. et smyrnam. et pergamum.
et thyatiram. et sardis. et filadelphiam. et laodiciam. R. Decan
tabat populus in israhel aevia et uniuersa multitudo iacob cane bat
legitime et dauid cum cantoribus cytharam percutiebat in domo domini
et laudes deo canebat aevia aevia. V. Sanctificati sunt ergo sacerdotes
et leuite et uniuersus israhel deducebat archam federis domini in nu
bilo. Et dauid. Secundum Iohannem. Dominica prima post octavam post pasca

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus.
Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Et reliqua.
Audistis fratres karissimi ex lectione euangelica eruditionem uestram.
Audistis ex lectione euangelica periculum nostrum. R. Vidi por
tam ciuitatis ad orientem positam et apostolorum nomina et agni
super eam scriptam et super muros eius angelorum custodiam ae
via. V. Vidi ciuitatem sanctam iherusalem nouam descendentem de ce
lo ornatam tamquam sponsam uiro suo. Et super mu

Ecce enim is qui non ex accidente dono. sed essentialiter bonus
est dicit. Ego sum pastor bonus. atque eiusdem bonitatis formam
qua nos imitemur adiungit dicens. Bonus pastor animam suam
ponit pro ouibus suis. R. Ostendit michi an ge lus fontem aque ui
ue et dixit ad me aevia hunc deum adora aevia aevia aevia.
Postquam audissem et uidissem cecidi ut adorarem ante pedes angeli
qui michi hec ostendebat et dixit michi. Hunc deum.

Fecit quod monuit. ostendit quod iussit. Bonus pastor

3

pouibus suis animam suam posuit . . . 
. . . sanguine uertent. et oues quos redimerat. carnis sue alimento satiauit. Vidi ierusalem descendentem de celo ornatam auro mundo et lapidibus pretiosis in tertiam aevia aevia. Ambitus in fimbriis aureis circumamicta varietate. Intertiam. In diademate capitis autem lapides pretiosi fulgebunt dum perficeretur opus dei aevia aevia aevia. Corona aurea super caput eius expressa signo sanctitatis. Dum perficeret. Docete filios uestros aevia ut memoriter teneant aevia et ore decantent aevia aevia. Confiteantur domino misericordie eius et mirabilia eius filiis hominum. Et ore. Platee tue ierusalem sternentur auro mundo aevia et cantabitur in te canticum leticie aevia et per omnes uicos tuos ab uniuersis dicetur aevia aevia. Quoniam confortauit seras portarum tuarum benedixit filiis tuis in te. Et. Ueniens a libano quam pulchra facta es aevia et odor uestimentorum tuorum super omnia aromata aevia aevia. Speciosa facta es. Et odor.

Xpc passus est pro nobis uobis relinquens exemplum. ut sequamini uestigia eius. qui peccatum non fecit. nec inuentus est dolus in ore eius. Surrexit xpc.

Ego sum pastor bonus qui pasco oues meas et pro ouibus meis pono animam meam aevia. Deus qui in filii tui humilitate iacentem mundum erexisti. fidelibus tuis perpetuam leticiam concede. ut quos perpetue mortis eripuisti casibus gaudiis facias sempiternis perfrui. Per. Ego sum pastor ouium ego sum uia et ueri